The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

# Aduocati q

## cum fontibus proximo et primo

Apud causidicos eciam ipsum silencium uenale est, ac lingua eorum dampnifica nisi funibus argenteis ligetur. ←

Ibidem (Cassiodorus super illud Psalmi LXXIII.: Irritat aduersus nomen tuum). →

→

*Helinanadus lib*. II. Demosthenes cum Aristodinium auctorem fabularum interrogasset; quamtum mercedis, vt id ageret, accepisset; et respondisset talentum, at ego, ait Demosthenes, plus accepi, vt tacerem, ita Causidicorum

lingua damnifica est, nisi eam (vt dici solet) funibus argenteis vincias. Apud aduocatos igitur et ipsum silentium venale est.

Vincentius Bellouacensis, *Speculum Historiale*, 3.91 (Douai, 1624, p.116a).

Non opus, non sermo gratuitus est, non tacetur nisi ad pretium; silentium namque res uenalis est. Hoc forte a Demostene acceperunt, qui cum Aristodimum actorem fabularum interrogasset quantum mercedis uti ageret accepisset, et responderetur ei: Talentum; At ego, inquit Demostenes, plus accepi ut tacerem. Causidicorum siquidem est

lingua dampnifica, nisi eam, ut dici solet, funibus argenteis uincias.

Iohannes Sarisberiensis, *Policraticus*, 5.10 (C.C.I. Webb ed., vol.1, pp.324-5, ll.27-31, 1-3).